Vivite concordi studio · mundumq; replete
Crescat longevum felici semine germen
Non annis numerus · vitae nec terminus esto
Regnum sine fine dedi quam tempore toto
Aspicies · generi primus qui poneris auctor
Porro nepos ductus spargens p̄secla nepotes
Viventes numero & paucos inque ora parentum
Ducant annosos natorum pignora natos
Tum lex coniugii · toto venerabilis aevo
Intemerata suo · servabitur ordine cunctis
Femina p̄sistat · decerpere sumpta virili
Coniugio servare fidem · nec separet alter
Q̄ iungit sociatq; ds · cum patre relinquat
Et matrē · iusto constrictus amore maritus
Ista parentales · non rumpant vincula curae
Vita sed amborum · carnē teneatur aduna
Taliter aeterno · coniungens foedere vota
Festivū dicebat ymen castoq; pudori
Concinit angelicū iuncto modulamine carmen

Illa perennio fili[illegible]
non erat talis quis nec [illegible]
filii mortuis patrib;
succederent
sed ut parentes ex il-
lis letarent(ur)
secū ingeniis
angelicā vita
[illegible] praelantib;
adquā [illegible]
morte sed regula
divinae virtutis
ministrationē [illegible]
ferendos [illegible]
regulariter